Wiener Stadt-Bibliothek
T 10378 A
Q 02·9

A 10378

# Andächtige
# Geiſtliche Gebett,
## Hymni, Collecten,
## und Pſalmen,

Mit deren beygefügten Thonen;

So

In dem Hoch-Löblichen Jungfrauen-
Cloſter St. Jacob Canoniſſarum Regu-
larium S. Auguſtini in Wienn,

**Zu unterſchiedlichen Zeiten**

gebettet und geſungen werden;

Aus Befelch

Der Hochwürdigen Frauen

FRANCISCÆ JACOBINÆ

Gräfin von Pollhaimb, Obriſtin daſelbſt,

Zum Nutzen ihrer Geiſtlichen Schweſtern
zum andertenmal in Druck verfaſſet,

ANNO 1754.

*CUM LICENTIA SUPERIORUM.*

---

Wienn, gedruckt bey Johann Ignatz Heyinger,
Hochfürſtl. Ertz-Biſchöflichen Hof-Buchdrucker.

WIENER STADT-BIBLIOTHEK

## Das Gebett vor der *Meditation.*

VEni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende, qui per diverſitatem linguarum multarum gentes in unitatem fidei congregaſti.

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur:

℟. Et renovabis faciem terræ.

OREMUS.

DEus, qui corda fidelium Sancti Spiritûs illuſtratione docuiſti; da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

## Oremus.

DEus, qui diligentibus de facis cuncta prodeſſe; da cordibus noſtris inviolabilem tuæ charitatis affectum, ut deſideria de tua inſpiratione concepta, nullâ poſſint tentatione mutari. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

## Dieſes ſeynd die fünff *Verba mea.*

## I. Psalmus.

VErba mea auribus percipe Domine: intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meæ: Rex meus, & Deus meus.

Quoniam ad te orabo: Domine manè exaudies vocem meam.

Manè adſtabo tibi, & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem, tu es.

Ne-

Neque habitabit juxta te malignus : neque permanebunt injuſti ante oculos tuos.

Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem : perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus : ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam : adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in juſtitia tua : propter inimicos meos dirige in conſpectu tuo viam meam.

Quoniam non eſt in ore eorum veritas : cor eorum vanum eſt.

Sepulchrum patens eſt guttur eorum : linguis ſuis doloſè agebant, judica illos Deus.

Decidant à cogitationibus ſuis: ſecundùm multitudinem impietatum eorum expelle eos; quoniam irritaverunt te Domine.

Et lætentur omnes, qui ſperant in te: in æternùm exultabunt, & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices juſto.

Domine, ut ſcuto bonæ voluntatis tuæ, coronaſti nos.

Requiem æternam, &c.

## II.

DOmine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum: ſana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.

Et anima mea turbata eſt valdè: ſed tu Domine uſquequò?

Convertere Domine, & eripe animam meam: ſalvum me fac propter miſericordiam tuam.

Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per ſingulas noctes lectum meum: lachrymis meis ſtratum meum rigabo.

Turbatus eſt à furore oculus meus: iuveteravi inter omnes inimicos meos.

Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit Dominus vocem fletûs mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam ſuſcepit.

Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei : convertantur , & erubeſant valdè velociter.

Requiem æternam, &c.

## III.

DIlexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ.

Quia inclinavit aurem ſuam mihi: & in diebus meis invocabo.

Circumdederunt me dolores mortis : & pericula inferni invenerunt me.

Tribulationem & dolorem inveni: & nomen Domini invocavi.

O Domine libera animam meam: miſericors Dominus, & Juſtus ; & Deus noſter miſeretur.

Cuſtodiens parvulos Dominus: humiliatus ſum, & liberavit me.

Con-

Convertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus bene fecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapſu.

Placebo Domino: in regione vivorum.

Requiem æternam, &c.

## IV.

CRedidi propter quod locutus ſum: ego autem humiliatus ſum nimis.

Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino: pro omnibus quæ retribuit mihi?

Calicem ſalutaris accipiam: & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus: pretioſa in con-

conſpectu Domini mors Sanctorum ejus.

O Domine, quia ego ſervus tuus: ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Diripuiſti vincula mea: tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi ejus: in atriis domûs Domini, in medio tui Hieruſalem.

Requiem æternam, &c.

## Das iſt das Tägliche Capitel.

### V.

DE profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si

Si iniquitates obſervaveris Domine: Domine, quis ſuſtinebit?

Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.

Suſtinuit anima mea in verbo ejus: ſperavit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina uſque ad noctem: ſperet Iſraël in Domino.

Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſraël: ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem æternam, &c.

## ANTIPHONA.

ANimas fidelium, quas aſſumpſiſti Domine, facias gaudere cum Sanctis tuis in gloria.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter.

℣. Et

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animas eorum.

℣. Credo videre bona Domini:

℟. In terra viventium.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

QUæſumus, Domine, pro tua pietate miſerere animabus famularum tuarum; & à contagiis terrenæ mortalitatis exutas, in æternæ ſalvationis partem reſtitue.

COncede, quæſumus, omnipotens Deus, animabus famulorum tuorum Sacerdotum felicitatis æternæ conſortium, cum quibus donaſti ſacri altaris tui conſequi myſterium.

Deus

DEus indulgentiarum Domine, da animabus fidelium tuorum, quorum anniverſarium depoſitionis diem commemoramus, refrigerii ſedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem.

PRopitiare, quæſumus, Domine, animabus fidelium tuorum; præſta, ut qui de donis tuis in hoc loco nomini tuo pervigili curâ quotidiana præparaverunt obſequia, perpetuâ cum Sanctis tuis perfrui mereantur lætitiâ.

DEus veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator, quæſumus clementiam tuam, ut noſtræ congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc ſæculo tranſierunt, Beatâ Maria ſemper Virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis ad perpetuæ beatitudi-

tudinis conſortium pervenire concedas.

DEus, qui nos patrem & matrem honorare præcepiſti; miſerere clementer animabus parentum noſtrorum, eorúmque peccata dimitte, nósque eos in æternæ claritatis lumine fac videre.

DEus, qui nos in tantis periculis conſtitutos, pro humana noſtra fragilitate non poſſe ſubſiſtere noſti; da nobis ſalutem mentis & corporis, ut ea, quæ pro peccatis noſtris patimur, te adjuvante vincamus.

FIdelium, Deus, omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularúmque tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicatio-

tio-

tionibus conſequantur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

## Dieſes ſeynd die *Pſalmi* für die Gutthäter.

EXaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium de ſancto: & de Sion tueatur te.

Memor ſit omnis ſacrificii tui: & holocauſtum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi ſecundùm cor tuum: & omne conſilium tuum confirmet.

Lætabimur in ſalutari tuo: & in nomi-

nomine DEI noſtri magnificabimur.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognovi quoniam ſalvum fecit Dominus Chriſtum ſuum.

Exaudiat illum de cœlo ſancto ſuo: in potentatibus ſalus dexteræ ejus.

Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini DEI noſtri invocabimus.

Ipſi obligati ſunt, & ciciderunt: nos autem ſurreximus, & erecti ſumus.

Domine ſalvum fac Regem: & exaudi nos in die, quâ invocaverimus te.

Gloria Patri, &c.

BEatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus volet nimis.

Po-

Potens in terra erit ſemen ejus: generatio rectorum benedicetur.

Gloria & divitiæ in domo ejus: & juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi.

Exortum eſt in tenebris lumen rectis: miſericors, & miſerator, & juſtus.

Jucundus homo qui miſeretur, & commodat: diſponet ſermones ſuos in judicio, quia in æternùm non commovebitur.

In memoria æterna erit juſtus: ab auditione mala non timebit.

Paratum cor ejus ſperare in Domino, confirmatum eſt cor ejus, non commovebitur: donec deſpiciat inimicos ſuos.

Diſperſit dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi: cornu ejus exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, & iraſcetur,

 den-

dentibus ſuis fremet & tabeſcet: deſiderium peccatorum peribit.

Gloria Patri, &c.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

*Oremus pro Eleemoſyna, & nobis bona facientibus.*

RẼtribuere dignare Domine, omnibus nobis bona facientibus, propter nomen ſanctum tuum, vitam æternam, Amen.

℣. Domine exaudi orationẽ meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

DEus, qui poſt Baptiſmi Sacramentum, ſecundam abolitionem peccatorum eleemoſynis indidiſti; reſpice propitius ſuper famulos,

los, & famulas tuas, pro quorum operibus tibi gratiæ referuntur, facias præmio beatos, quos feciſti pietate devotos, ut recipiant pro parvis magna, pro terrenis à te cœleſtia, pro temporalibus præmia ſempiterna. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Benedicite. Dominus.

DEus nos benedicat, & ab omni malo ſemper defendat, & ad vitam æternam perducat. Amen.

## Verzeichnuß der Vigilien durch das gantze Jahr.

1. Erſtlich an St. Blaſij Tag ein Vigil, von wegen Striedendorff, für einen Prieſtern, und für ein Mann die Collecten: Deus, qui inter Apoſtolicos, und Inclina Domine.

2. In der Faſten Quatember drey

Vigilien. Die Erſte für alle Schweſtern, die Collecten, Quæſumus. Die Andere in Gotts-Leichnambs-Bruderſchafft, die Collecten, Deus veniæ largitor. Die Dritte für alle Gutthäter, wiederum die Collecten, Deus veniæ largitor.

3. St. Philippi und Jacobi ein Vigil, wegen Striedendorff, die Collecten für ein Frau, Quæſumus, und für die Gutthäter, Deus veniæ largitor.

4. An St. Alexij ein Vigil, für die Brüder im Thal, die Collecten für viel Männer, Deus, qui inter Apoſtolicos, aber für das Wort famulum, muß man betten famulorum tuorum, auch für viel Männer die Collecten, Inclina.

5. Die Pfingſten Quatember, iſt als wie in der Faſten.

6. St.

6. St. Michaël Quatember, iſt auch wie in der Faſten.

7. Nach St. Michaël ein Vigil, für den Herrn von Radbach, die Collecten für einen Mann, Inclina; und für ein Prieſter, Deus, qui inter Apoſtolicos.

8. An St. Marthæ Tag, ein geſungene Vigil, mit 9. Lectiones, für ein Frau von Radbach, die Collecten, Quæſumus.

9. An Aller Heiligen Tag ein Vigil, für alle Chriſtglaubige Seelen, die Collecten, Fidelium.

10. An Aller Seelen Tag auch ein Vigil, für alle Chriſtglaubige Seelen, die Collecten, Fidelium.

11. An St. Leonardi Tag ein Vigil, wegen eines Saggelds, das ligt auf einem Haus auf dem Kollmarckt, die Collecten für ein Prie-

 ſter,

ſter, Deus, qui inter Apoſtolicos; und für einen Mann, Inclina.

12. Nach Aller Seelen Tag ein Vigil, für Vatter und Mutter, die Collecten: Deus, qui nos patrem & matrem, &c.

13. Im Advent ein Vigil, von wegen eines Treidtzehend zu Haſelbach, die Collecten für zween Männer, Inclina.

14. Mehr ein Vigil im Advent, wegen des Weingarten Apotecker genannt, die Collecten, Inclina.

15. An St. Ulrich Tag ein Vigil, für den Herꝛn von Zwetel, die Collecten für die Gutthäter, Deus veniæ largitor.

## Zu Abend nach dem *Salve Regina*, nach der *Complet*.

ASperges me Domine hyſſopo, & mundabor: lavabis me, & ſuper

ſuper nivem dealbabor.

Miſerere mei Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam.

Aſperges me Domine.

℣. Domine, apud te eſt fons vitæ.

℟. Et in lumine tuo videbimus lumen.

## OREMUS.

SAncti Spiritûs, quæſumus, Domine, corda noſtra mundet infuſio, & ſui roris intima aſperſione fœcundet. Per Chriſtum &c.

℣. Sit nomen Domini benedictum.

℟. Ex hoc, nunc, & uſque in ſæculum.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

## OREMUS.

BEnedictio Dei Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, deſcendat

ſuper nos, & maneat ſemper nobiscum. Amen.

**Nach dem *Aſperges* bett man 3. *Pater noſter*, nach dem 3. *Pater noſter*, ſo bett man das *Gratias*.**

GRatias agimus tibi Domine Sanƈte Pater, omnipotens æterne DEUS, qui me peccatricem dignatus es in hac die cuſtodire, regere, & conſervare; per tuam miſericordiam concede me in hac nocte mundo corde & corpore pertranſire, quatenùs manè ſurgens gratum tibi ſervitium valeam exhibere. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

**Bett 3. *Ave Maria*, darnach das *Sacroſanctæ*.**

SAcroſanctæ & individuæ TRINITATI, crucifixi Domini noſtri

JE-

JESU Chriſti humanitati, Beatiſſimæ ac glorioſiſſimæ Virginis MARIÆ fæcunditati, atque integritati, & omnium Sanctorum univerſitati, ſit ſempiterna laus, honor, virtus, & gloria ab omni creatura, nobisque remiſſio peccatorum per infinita ſæcula ſæculorum, Amen.

BEata viſcera MARIÆ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium; & beata ubera, quæ lactaverunt Chriſtum Dominum, cuſtodiant nos ſemper. Amen.

Pater noſter. Ave Maria.

## Schlaff-Haus-Seegen.

PAx huic domui, & omnibus habitantibus in ea: pax intrantibus & hic manentibus. Amen.

OREMUS.

EXaudi nos, Domine Sancte Pater, omnipotens & miſericors

Deus, & mittere dignare nobis ſanctum Angelum tuum de cœlis, qui cuſtodiat, foveat, viſitet, dirigat, protegat, atque defendat omnes habitantes in hoc dormitorio. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Oremus.

Et benedictio Dei Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti deſcendat ſuper hanc domum, & ſuper omnes quieſcentes in ea. Amen.

## Das *Salve Regina* für die Krancken.

℣. Ora pro famulo tuo, Maria mater miſericordiæ.

℟. Ut dignæ efficiamur, &c.

℣. Domine exaudi orationem meã.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Protege, quæſumus, Domine, fideles tuos ſubſidiis pacis, &

Bea-

Beatæ MARIÆ ſemper Virginis patrociniis confidentes, à cunctis hoſtibus & anguſtiis nos redde ſecuros.

OMnipotens, ſempiterne DEUS, ſalus æterna credentium, exaudi nos, pro infirmo famulo tuo N. pro quo miſericordiæ tuæ imploramus auxilium, ut redditâ ſibi ſanitate, gratiarum tibi in Eccleſia tua referat actiones. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Dieſer

DIſer Hymnus iſt von Apoſtlen, von Evangeliſten, Martyren, und von St. Johann Baptiſta, St. Michael, von der Kirchweyh, und durch alle Octav zu allen Tag-Zeiten, ausgenommen die Veſper.




Dieſer

DIeſer Hymnus iſt von einem Martyr duplex und ſemiduplex zu allen Tag-Zeiten.




DIeſer Hymnus iſt von viel Martyren, wann man ſemiduplex hält,

hält, auch iſt er von groſſen und klei-
nen Confeſſoren, von Jungfrauen und von Frauen, wann man duplex, ſemiduplex, oder drey Lectiones hält, und gehört zu allen Tag-Zeiten, ausgenommen die Veſper.




Sonntag

# Sonntag Hymnus zu der Prim.




Sonntag

## Sonntag Hymnus zu der Tertz, Sext, und zu der Non.



Unc Sancte nobis Spi ri tus,



unum Pa tri cum Fi li o,



di gna re promptus inge ri,



noſtro re fu ſus pectori.

SOnntag Hymnus zu der Complet.



TE lucis ante terminum,



rerum cre a tor poſcimus,



ut ſo li tâ clemen ti â,



ſis præſul ad cuſto di am.

DIeſen Hymnum ſingt man, wann kurtze Feri iſt.



JAm lucis orto ſi de re



De um pre ce mur ſupplices,



ut in di ur nis a ɛti bus,



nos ſervet à no cen ti bus.

JM Advent, in der Faſten, und wann man ſonſt lange Feri hält, ſo ſingt man den Hymnum.



JAm lucis orto ſi de re



De um precemur ſupplices,

ut



ut in di urnis a ctibus,



nos ſervet à nocen ti bus.

Zu Weyhnachten, und zu allen Heiligen, braucht man dieſen Thon, auch die gantze Octav.



Am lucis or to ſidere



Deum precemur ſup plices,



ut in di urnis a ctibus,



nos ſervet à nocentibus.

DIeſen Hymnum ſingt man zu allen Feſten unſer Lieben Frauen; auch zu Corporis Chriſti, durch die gantze Octav; am Feſt Inventionis Sanctæ Crucis.



Am lu cis orto ſi dere



Deum prece mur ſupplices,



ut in di urnis a cti bus,

nos



nos ſervet à nocen ti bus.

DJeſer Tonus iſt von Apoſtlen und Evangeliſten zur Veſper.



EXultet cœlum laudi bus,



reſultet ter ra gau di is,



Apoſtolorum glori am ſacra ca-



nunt ſo len ni a.

Dieſer Hymnus iſt von Apoſtlen und Evangeliſten, nach Oſtern zu der Veſper und Metten.



Riſtes erant Apoſto li



de nece ſu i Do mi ni,



quem morte ſervi damnarunt



im pi i.

Dieſer Hymnus iſt von einem Martyr zur Veſper.




DIeſer Tonus iſt von vielen Martyren zu der Veſper.





gau di a pangamus ſo ci j,



geſtáq; fortia ; nam gliſcit animus



promere canti bus vi ctorum



ge nus o pti mum.

DJeſer Hymnus iſt von groſſen und kleinen Confeſſoren zur Veſper.



ISte Confeſſor Do mi ni

ſacra-



ſa cra tus, feſta plebs cu jus



celebrat per orbem hodie læ tus



meruit ſecreta ſcan dere cœli.

DIeſer Hymnus iſt von Jungfrauen zu der Veſper.

J 

Esu Co ro na Virginum,



quem Mater il la conci pit,



quæ ſo la Virgo par tu rit,



hæc vota clemens accipe.

DIeſer Hymnus iſt von den Frauen zu der Veſper.



FOrtem vi ri li pectore



laudemus omnes fæ mi nam,



quæ ſancti ta tis glo ri â

ubiq;



ubique fulget inclyta.

## Sonntag Hymnus nach der Heiligen Dreyfaltigkeit zur Veſper.



L Ucis crea tor optime,



lu cem di e rum proferens,



primor di is lu cis novæ



mundi pa rans o ri ginem.

Sonntag

Sonntag Hymnus nach der Heiligen Dreyfaltigkeit zur Veſper.




Dieſer Hymnus iſt von Unſer Lieben Frauen zur Veſper.




Dei



De i Ma ter al ma,



at que ſemper Vir go,



fe lix cœ li porta.

DIeſer Hymnus iſt von Unſers Lieben HErrn Auffahrt, und wann man das Feſt Unſers Lieben HErrn Transfiguration hält, zu den Tag-Zeiten.



JAm lucis orto ſi dere,

Deum



Deum precemur ſup plices,



ut in di urnis a ctibus,



nos ſervet à nocen tibus.

Dieſer Tonus gehört auf die Sonntäg in dem Advent, zu den Tag-Zeiten.

J 

JAm lucis or to ſi de re,



De um precemur ſuppli ces,

ut



ut in di ur nis a cti bus,



nos ſervet à nocen ti bus.

Dieſer Tonus gehört auf den Sonntag im Advent zur Veſper.



Conditor alme ſide rum,



æ terna lux creden ti um,



Chriſte Redemptor omni um,

exau-



exaudi preces ſupplicum.

DIeſer Hymnus gehört an den Sonntägen in der Faſten, zu den Tag-Zeiten.



JAm lucis or to ſi de re,



De um precemur ſuppli ces,



ut in di ur nis a cti bus,



nos ſervet à no cen tibus.

Dieſer

Dieſer Hymnus gehört auf die Sonntäg in der Faſten zu der Veſper.




Udi benigne Conditor.



noſtras pre ces cum fle tibus,



in hoc ſacro je ju ni o



fu ſas quadra ge na ri o.

DIeſer Hymnus gehört zu der Weyhnachten zur Veſper.



CHriſte Redemptor omnium,



ex Patre Patris u ni ce,



ſo lus an te prin ci pi um



natus in effa bi li ter.

DIeſer Hymnus gehört am Feſt der Heiligen 3. König zu der Veſper, und auch die gantze Octav.

Hoſtis



HOſtis Herodes impi e,



Chriſtum veni re quid times?



non e ri pit morta li a,



qui Re gna dat cœle ſti a.

## Sonntag Hymnus nach Oſtern zu den Tag-Zeiten.



JAm lucis orto ſide re,



Deum precemur ſup plices,



ut in di urnis a ctibus,



nos ſervet à nocen ti bus.

## Von dem Heiligen Geiſt.

J

Am lucis orto ſide re,



De um precemur ſuppli ces,



ut in di urnis a ctibus,



nos ſervet à no centi bus.

## SOnntag Hymnus von Unſers Lieben HErrn Leyden zur Veſper.

V 

Exil laRe gis prode unt,



fulget Crucis myſte ri um,



quo carne car nis con di tor



ſuſpen ſus eſt pa ti bu lo.

DIeſer Hymnus iſt auf die Kirch-weyhung zu der Veſper.



URbs Hieruſa lem be a ta



di cta pacis vi ſi o,



quæ conſtru i tur in cœ lis



vivis ex lapi di bus, & Angelis



coro na ta ut ſponſata comi te.

## Der Ander Tonus.

U

Rbs Hieruſa lem be a ta



di cta pacis vi ſi o,



quæ conſtru i tur in cœ lis



vivis ex la pi di bus,



& Angelis corona ta ut ſponſata



co mi te.

# SEQUUNTUR TONI.

DIeſe Tonos ſingt man, wann duplex oder ſemiduplex iſt.

## PRIMUS.



D Ixit Dominus Do mino



me o : Sede à dextris me is.

Sede


Sede à dextris me is. Sede
à dextris me is. Sede à dextris
me is. Sede à dextris me is.

SECUNDUS.


D
Ixit Dominus Domino
me o : Sede à dextris me is.

## TERTIUS.




## QUARTUS.




me o : Sede à dextris me is.
Sede à dextris me is. Sede
à dextris me is.

QUINTUS.


D
Ixit Dominus Domino.
me o : Sede à dextris me is.

## SEXTUS.



DIxit Dominus Domino



me o : Sede à dextris me is.

## SEPTIMUS.



DI xit Dominus Domino



me o : Sede à dextris me is.



Sede à dextris me is. Sede à

dex-



dextris meis. Sede à dextris meis.



Sede à dextris me is.

## OCTAVUS.



Ixit Dominus Domino



me o : Sede à dextris me is.



Sede à dextris me is.

Dieſe

DIeſe ſeynd die Toni, wañ man drey Lection, oder minores ferias hält.

## PRIMUS.




SE-

## SECUNDUS.




## TERTIUS.






QUARTUS.




à dex-



à dextris me is.

## QUINTUS.



Ixit Dominus Domino



me o : Sede à dextris meis.

## SEXTUS.



Ixit Dominus Domino



me o : Sede à dextris meis.

SEPTIMUS.




OCTA-

# OCTAVUS.



DIxit Dominus Domino



me o : Sede à dextris me is.



Sede à dextris me is.

# MIXTUS TONUS.



IN exi tu I ſra ël de



Ægypto , domus Ja cob



de populo barba ro.

DIeſe ſeynd die Toni zum Magni-ficat.

## Der Erſte Tonus.



MAgni ficat a nima mea



Dominum. Anima mea Dominū.



Anima mea Dominum.

Der

## Der Anderte Tonus.




## Der Dritte Tonus.




## Der Vierdte Tonus.



## Der fünffte Tonus.



Agni ficat anima mea Dñum.

## Der Sechſte Tonus.



Agni ficat anima mea.



Dominũ. Anima mea Dominum.

## Der Siebende Tonus.



Agni ficat anima mea Dñum.

## Der Achte Tonus.



Agni fi cat anima mea Dñum.

Nach



E  su Naza  rene,

Rex Judæorum exurge; conterantur gentes hæreticorum, & præſta victoriam populo Chriſtianorum, ut lauderis omnipotens Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.



A pacem Domine

In diebus noſtris, quia non eſt alius qui pugnet pro nobis, niſi tu Deus noſter.

℣. Fiat pax in virtute tua.

℟. Et abundantia in turribus tuis.

℣. Exurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus.

℟. Et fugiant, qui oderunt eum à facie ejus.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

## Oremus.

DEus, à quo ſancta deſideria, recta conſilia, & juſta ſunt opera; da ſervis tuis illam quam mundus dare non poteſt pacem; ut & corda noſtra mandatis tuis dedita, & hoſtium ſublatâ formidine, tempora ſint tuâ protectione tranquilla.

OMnipotens ſempiterne Deus, in cujus manu ſunt omnium poteſtates, & omnia jura regnorum; reſpice ad Romanum benignus Imperium, ut gentes, quæ in ſua ferocitate confidunt, dexterâ tuæ potentiæ comprimantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

I


N mon te

Oliveti oravit ad Patrem; Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte; Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Fiat voluntas tua: Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Fiat voluntas tua. In monte, &c.

℣. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens uſque ad mortem.

℟. Mortem autem Crucis.

℣. Domine exaudi orationem meã.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

## Oremus.

DEus, qui nobis ſub Sacramento mirabili Paſſionis tuæ memoriam reliquiſti; tribue quæſu-

mus, ita nos Corporis & Sanguinis tui ſacra myſteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter ſentiamus. Qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

## Am Freytag die Scheidung; vom erſten bett man den Pſalm:

DEus Deus meus, reſpice in me, quare me dereliquiſti? longè à ſalute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem: & non exaudies: & nocte, & non ad inſipientiam mihi.

Tu autem in ſancto habitas: laus Iſraël.

In te ſperaverunt patres noſtri: ſperaverunt, & liberaſti eos.

Ad te clamaverunt, & ſalvi facti

ſunt

ſunt: in te ſperaverunt, & non ſunt confuſi.

Ego autem ſum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abjectio plebis.

Omnes videntes me, deriſerunt me: locuti ſunt labiis, & moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum: ſalvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxiſti me de ventre, ſpes mea ab uberibus matris meæ: in te projectus ſum ex utero.

De ventre matris meæ Deus meus es tu: ne diſceſſeris à me.

Quoniam tribulatio proxima eſt: quoniam non eſt qui adjuvet.

Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obſederunt me.

Ape-

Aperuerunt ſuper me os ſuum: ſicut leo rapiens & rugiens.

Sicut aqua effuſus ſum: & diſperſa ſunt omnia oſſa mea.

Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens: in medio ventris mei.

Aruit tanquam teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis: & in pulverem mortis deduxiſti.

Quoniam circumdederunt me canes multi: concilium malignantium obſedit me.

Foderunt manus meas & pedes meos: dinumeraverunt omnia oſſa mea.

Ipſi verò conſideraverunt, & inſpexerunt me: diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.

Tu

Tu autem Domine ne elongaveris auxilium tuum à me: ad defenſionem meam conſpice.

Erue à framea Deus animam meam: & de manu canis unicam meam.

Salva me ex ore leonis: & à cornibus unicornium humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio Eccleſiæ laudabo te.

Qui timetis Dominum, laudate eum: univerſum ſemen Jacob glorificate eum.

Timeat eum omne ſemen Iſraël: quoniam non ſprevit, neque deſpexit deprecationem pauperis.

Nec avertit faciem ſuam à me: & cùm clamarem ad eum, exaudivit me.

Apud

Apud te laus mea in Eccleſia magna: vota mea reddam in conſpectu timentium eum.

Edent pauperes & ſaturabuntur; & laudabunt Dominum qui requirunt eum: vivent corda eorum in ſæculum ſæculi.

Reminiſcentur & convertentur ad Dominum: univerſi fines terræ.

Et adorabunt in conſpectu ejus: univerſæ familiæ Gentium.

Quoniam Domini eſt regnum: & ipſe dominabitur Gentium.

Manducaverunt & adoraverunt omnes pingues terræ: in conſpectu ejus cadent omnes, qui deſcendunt in terram.

Et anima mea illi vivet: & ſemen meum ſerviet ipſi.

Annuntiabitur Domino generatio ventura: & annuntiabunt cœli juſti-

juſtitiam ejus populo qui naſcetur, quem fecit Dominus.

Gloria Patri, &c.

℣. Proprio ſuo Filio non pepercit Deus.

℟. Sed pro nobis omnibus tradidit illum.

℣. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens uſque ad mortem.

℟. Mortem autem Crucis.

℣. Salvum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ.

℟. Et rege eos, & extolle illos uſque in æternum.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

### Oremus.

RESpice, quæſumus Domine, ſuper hanc familiam tuam, pro qua

qua Dominus noſter JESUS Chriſtus non dubitavit manibus tradi nocentium, & crucis ſubire tormentum.

ECcleſiæ tuæ, quæſumus Domine, preces placatus admitte; ut deſtructis adverſitatibus, & erroribus univerſis, ſecurâ tibi ſerviat libertate. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.




E ne bræ fa ctæ ſunt,

Dum crucifixiſſent JESUM Judæi: & circa horam nonam exclamavit JESUS voce magnâ: Deus meus, Deus meus ad quid me dereliquiſti? & inclinato capite emiſit ſpiritum. Tunc unus ex militibus lanceâ

ceâ latus ejus perforavit, & continuò exivit ſanguis & aqua. Et velum templi ſciſſum eſt à ſummo uſque deorſum, & omnis terra tremuit. Tunc unus ex militibus, &c.

O Crux ave ſpes unica,
Hoc Paſſionis tempore,
Auge piis juſtitiam,
Reisque dona veniam.
Te Summa DEUS Trinitas,
Collaudet omnis ſpiritus,
Quos per crucis myſterium
Salvas, rege per ſæcula.

℣. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens uſque ad mortem.

℟. Mortem autem crucis.

℣. Domine exaudi orationem meã.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

DEus, qui unigeniti Filii tui Domini noſtri JESU Chriſti pretioſo

Sanguine, vivificæ Crucis vexillum ſanctificare voluiſti; concede quæſumus, ut qui Sanctæ Crucis gaudent honore, tuâ quoque facias ubique protectione gaudere.

Eccleſiæ tuæ, &c. *ut ſuprà.*

**DIeſe Antiphona ſingt man um ein ſchönes Wetter, und um einen Regen.**




DEUS Abraham, dona nobis ſerenitatem ſuper faciem terræ, ut diſcat populus iſte, quia tu es Dominus DEUS noſter.

℣. Dominus dabit benignitatem.

℟. Et terra noſtra dabit fructum ſuum.

℣. Domine exaudi orationẽ meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

ORE-

### Oremus.

AD te nos Domine, clamantes exaudi, & aëris ſerenitatem nobis tribue ſupplicantibus; ut qui ejusdem, quo pro peccatis noſtris affligimur, miſericordiâ tuâ præveniente clementiam ſentiamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

In der *Antiphona* Domine Rex, verkehrt man das Wörtlein Serenitatem, wann man um einen Regen bitt, und ſpricht darfür Pluviam.

Dieſen Vers, und dieſe Collecten bett man um ein Regen.

℣. Deſcendat ſicut pluvia in vellus.

℟. Et ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.

℣. Domine exaudi orationem meã.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

## Oremus.

DEUS, in quo vivimus, movemur, & ſumus, pluviam nobis tribue congruentem; ut præſentibus ſubſidiis ſufficienter adjuti, ſempiterna fiducialiùs appetamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

WIENER-STADTBIBLIOTHEK